Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et sicut dixit Abraham reddi
quadruplum ait ihesus adeum Quia
hodie salus domui huic facta est
eo quod et ipse filius sit abrahe
venit enim filius hominis quaerere et salvum
facere quod perierat dixit maria

Conversione sancti pauli actuum a

In diebus illis Saulus
adhuc spirans minarum
et caedis in discipulos domini
accessit ad principem sacerdotum
et petiit ab eo epistolas
in damascum ad synagogas
ut si quos inuenisset huius
uiae uiros ac mulieres
uinctos perducet in hierusalem
Et cum iter ageret contigit
ut appropinquaret damasco
et subito circumfulsit eum lux
de celo et cadens in terram au
diuit uocem dicentem sibi Saule
saule quid me persequeris
Qui dixit Quis es domine
Et ille Ego sum ihesus quem
tu persequeris Durum est tibi
contra stimulum calcitare et
ille tremens ac stupens dixit
domine quid me uis facere
Et dominus ad eum surge et in
gredere ciuitatem et dicetur tibi
quid te oporteat facere Viri
autem illi qui comitabantur

cum eo stabant stupefacti au
dientes quidem uocem neminem
autem uidentes surrexit autem
saulus de terra aperientesque oculos
nihil uidebat ad manus
autem illum tenentes introduxerunt
damascum Et erat ibi diebus
tribus nec uidens et non manducauit
neque bibit Erat autem quidam
discipulus nomine damascus a
nanias Et dixit ad illum
in uisu dominus anania at ille
ait Ecce ego domine Et dominus ad
illum surge et uade in uicum
qui uocatur rectus et quere
in domo iude saulum nomine
tharsensem Ecce enim orat
et uidit uirum ananiam nomine
introeuntem et imponentem sibi
manum ut uisum recipiat
Respondit autem ananias
Domine audiui a multis
de uiro hoc quanta mala sanctis
tuis fecerit in hierusalem et hic habet
potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant
nomen tuum Dixit autem dominus
uade quoniam uas electionis est mihi iste
ut portet nomen meum coram
gentibus et regibus et filiis
Israel Ego enim ostendam illi quanta
oporteat eum pro nomine meo pati